



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Quod olim monastica, vita qualis in veteri testamento, fuerit, & nomenclatura tamen cœnobiorum, monachorumq[ue] non extiterit, quia ille status ipso nomine antiquior existit. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Ibidem.

onem præ alijs custodiebant, ad quam etiam (si voluissent) à Deo non obligati fuissent, ob quam specialem ipsorum deuotionem summopere à Deo laudantur.

Quod olim monastica vita, qualis in veteri Testamento fuerit, & nomenclatura tamen cœnobiatorum monachorumq; non extiterit, quia ille status ipso nomine antiquior existit.

Cap. V.

Monastica vita ipsa nomine vetustior.

PRÆter hos alij quoque conuentus congregationesq; religiosorum in veteri Testamento fuerunt in cœnobiatorum in modum, & in formam monachorum (quantumuis ipsum nomen nondum in vfu fuerit) coniunctorum, quemadmodum conuērio itacusq; Prophetarum fuit, quem Samuel seuit & instituit. Qui non idē Prophetæ, quod futura omnes vaticinaretur, sunt appellati: quamuis nonnulli tales inter nos prophetæ fuerint, sed propterea, quod assidue Deum laudaret, ipsius laudes cantarent, in prophetarum oraculis, in Psalmis, in hymnis & in cymbalis, ad quod eorum vita statusq; destinatus erat. Hi Samuelis tempestate, & postea varijs in locis habitauerunt. Aliqui conuentum siue contubernium suum in Galgala, quidam in Naioth, in Ramatha, nonnulli alibi in locis ad religionem accommodis circum & iuxta terram sanctam, habuerunt, sicut reperire in primo libro

Prophetæ cur dicti sint Samuelis sectatores & quidam alij.

1. Reg. 9. Monachorum vocabulum cur ipsa vita posterius.

Act. 5. 6. 7. 8. Acto. II.

Vocabula rebus permanentibus subinde mutari. Cœnobia ac xenodochia etiam ante quā sic vocarentur, extitisse.

Regum poterit Non est autē, quod admirare, cur huiusmodi homines tempore illo non monachi dicti neque habitationes eorum monasteria fuerint vocatæ: quoniam omnibus in rebus vocabula posteriora sunt significatis: & frequenter etiam vocabula variantur, cum tamen significatum idē perpetuo permaneat: quemadmodum initio fidei, Christiani, non Christiani, sed discipuli dicti fuerunt. Nam Antiochiæ primum Christiani cognominari sunt, vt habetur in libro Actuum Apostolorum: qui prius ibi vel alibi discipuli appellati fuerunt, priusquam Christiani ita nomen inoleferet. Diu porrò Hierosolymis & vbique Christiani extiterunt, qui tamen illud uominis necdum habebant. Ita fit in omnibus, vt res eadem aliter atque aliter, vicissitudine temporis, aut alioqui leni ex causa, quæ iam ei accidit vel variatur in ipsa, dicatur, cum interim ipsum significatum, licet multis appellatum nominibus, vni idemq; perseveret. Itaque diu cœnobia xenodochiaq; sub alio nomine fuerunt, priusquam xenodochij cœnobijsq; vocabulum introductum esset. Quid igitur obstat, si aliquando vocabulum non extet, dummodo hoc ipsum, cui vocabulum competit, existat? Ita nihil refert, si ipsi religiosi in veteri Testamento, & quandoque etiam in nouo, non religiosi, aut monachi, sed alio nomine pro temporis cōditione fuerint nūcupati.

Quod religiosorum status non semper consimilis fuerit, quomodo neque nunc quoque ordines omnes per omnia concordant.

Cap. VI.

NEquè interest quidquam, quod illo tempore siue postea religiosi (velut adhuc dicant) non omnino pares fuerint religiosi siue monastice vitæ hominibus, qui hoc seculo in monasterijs degunt. Summa enim habet